mentis misera anima transitura est. O stulte peccator quia
ista considerare nescis. sine premeditatione. quia non vis
ista providere maxima negligis. Ideo sepius te invadit
superbia. exagitat ira. excruciat malicia. vulnerat
invidia. inflammat luxuria. fatigat pigricia. li-
gat avaricia. quam horrenda inimentia tibi tormen-
ta prendet tibi non respicis. Id circo contumax. iniu-
riosus. obstinatus sepe efficieris. piger et accidiosus
ad opus divinum accedis. et illud negligenter agis et
desidiose. Quare quia non vis providere quo vadis. Uti-
nam ergo saperes et intelligeres. et novissima pro-
videres. Tremendus est illius aspectus ut dicit Leo
papa. cui pervium est omne solidum. apertum omne secretum.
cui obscura clarent. muta respondent. silencium
confitetur. mens sine voce loquitur. Ecce ille serpens
antiquus venenosus scilicet dyabolus sathanas ausus
fuisset impetum facere contra beatissimum Martinum. qui
erat sacerdotum gemma. quam felicem animam presentibus
angelis coram celum curabat impedire. quomodo time-
dum est tibi peccatori et trementer premeditandum. quam hor-
ribiliter occurret misere anime tue ille hostis filius in-
quitatis. ille antiquus hostis amarissimus. Eya frater
carissime precogita. et numquam a corde tuo recedat.
quantum illa beatissima virgo Maria mater domini nostri
ihesu christi anime sue providebat. que ut legimus spe-
cialiter filium suum exoravit. ut maligni spiritus in
eius transitu non adesset. O si tam sancta deo et cara
primo carissima animam visione nefandorum spirituum
formidabat. quid faciet anima peccatrix. quomodo